



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. 42. De. 6. consolatione & visione sanctissimi Sacramenti, in qua vidit
Deum cum magna majestate & imperio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

Quadragesimum secundum capitulum.

*De sexta consolatione & visione
sanctissimi Sacramenti, in qua vi-
dit Deum cum magna maiestate &
imperio.*

ALIA vice vidi in hostia
consecrata Christum sicut
puerum. Videbatur autem esse
puer magnus, & multum domi-
nans, quasi teneret sceptrum &
dominationem. Videbatur enim
aliquid tenere in manibus quasi
signum dominationis, & sede-
re in sede: Sed nescio dicere,
quid tenebat in manu, & hoc
vidi oculis corporis. Et ego hoc
videns, tunc non genuflexi,
quando alij genu flexerunt: Ha-
bui autem maximam delectatio-
nem in videndo eum. Et habui
magnam displicentiam & ma-
gnam tædium de eo, quod Sa-
cerdos nimis citò reposuit ho-
stiam super altare, erat enim tan-
tæ pulchritudinis & tanti hono-

ratus, quod est ineffabile, & fuit tantæ lætitiæ visio eius, quod eam non credo perdere in æternum: & fuit tantæ certitudinis, quod non dubito aliquo modo, quin fuerit in veritate. Tanta autem fuit delectatio in visione eius, quod non dixi quod adiuuaret me, & nihil dixi, nec bonum, nec malum. Sed tantum delectata fui illam pulchritudinem videndo: quod nihil sciui quid diceré.

Quadragesimum tertium capitulum.

De septima consolatione & visione sanctissimi Sacramenti, in qua vidit qualiter ubicumque Deus est, illic sunt & electi eius.

ITEM alia vice dum dicebatur missa eleuata in spiritu quæsiui à Domino dicens, ecce Domine tu es in isto Sacramento altaris: dic mihi Domine vbi sunt fideles tui? Et aperiens mihi intellectum: respondit & dixit, vbi sum ego; sunt fideles.

H vj.